virginē tradidiſſ; · Hic itaq; cū
ꝓpter verbū dei ⁊ teſtimoniū ihe
ſu xpi in pathmos inſulā ſortire
tur exiliū · illic ab eodem apocali
pſis preoſtenſa deſcribitur: ut ſi
cut ī pncipio canonis ideſt libri
geneſeos icorruptibile pncipiū
prenotat: ita etiam incorruptibil'
finis p virginē in apocalipſi red
deret dicentis · Ego ſum alpha et
o · initiū ⁊ finis · Hic ē iohēs qui
ſciens ſupueniſſe ſibi diem egreſ
ſionis de corpe cōuocatis in ephe
ſo diſcipulis deſcendit in defoſſū
ſepulture ſue locū: orationeq; cō
pleta reddidit ſpm tā a dolore mor
tis factus extraneꝰ q̄ a corrupcō
ne carnis noſcitur alienus · Cuiꝰ
tamen ſcripture diſpoſicō vel libri
ordinatio ideo a nobis per ſingu
la non exponitur: ut neſcientibꝰ
inquirendi deſiderium collocetur
⁊ querentibus laboris fructus et
deo magiſterij doctrina ſeruet.

Explicit prologus. Incipit
liber apocalipſis beati iohan
nis apoſtoli. Ca. pmū.

Apocalipſis ihū xpi
quam dedit illi deus
palam facere ſeruis
ſuis que oportet fie
ri cito ⁊ ſignificauit
mittens per angelum ſuū ſeruo
ſuo iohanni qui teſtimoniū per
hibuit verbo dei ⁊ teſtimoniū ihe
ſu criſti quecunq; vidit · Beatus
qui legit et qui audit verba pro
phetie huius et ſeruat ea que in
ea ſcripta ſunt · Tempus eni pro
pe eſt. Johannes ſeptem eccleſijs
que ſunt in aſia · Gra vob̄ et pax
ab eo qui eſt ⁊ qui erat ⁊ qui vē
turus eſt ⁊ a ſeptem ſpiritibus q̄
in conſpectu throni eius ſunt ⁊ a
ihesu xpo qui eſt teſtis fidelis pri
mogenitus mortuoꝝ ⁊ princeps
regum terre qui dilexit nos et la
uit nos a peccatis noſtris in ſan
guine ſuo ⁊ fecit nos regnū ⁊ ſa
cerdotes deo ⁊ patri ſuo: ipſi glia
⁊ imperiū in ſecula ſeculoꝝ amen
Ecce venit cum nubibus ⁊ videbit
eum omnis oculus ⁊ qui eum pu
pugerūt · Et tūc plangent ſe ſup
eū omnes tribus terre: etiā amen.
Ego ſū alpha ⁊ o · pncipiū ⁊ finis
dicit dn̄s deꝰ qui ē ⁊ qui erat ⁊ q̄
venturꝰ ē o ipotēs · Ego iohēs fra
ter vr̄ ⁊ ꝑticeps ī tribulacōe ⁊ re
gno et patiētia in xpo ihū · fui in ī
ſula q̄ appellat pathmos ꝓpt ver
bū dei ⁊ teſtimoniū ihū · Fui ī ſpi
ritu in dn̄ica die ⁊ audiui poſt me
vocem magnam tanq̄ tube dicen
tis · Qd vides ſcribe in libro et mit
te ſeptē eccleſijs epheſo ⁊ ſmirne
⁊ pergamo ⁊ thiatire ⁊ ſardis et
philadelphie ⁊ laoditie · Et conū
ſus ſum ut viderem vocem que lo
quebatur mecum · Et conuerſus
vidi ſeptem candelabra aurea et
in medio ſeptem candelabrorum
aureorum ſimilē filio hominis ve
ſtitum podere ⁊ precinctū ad ma
millas zona aurea · Caput autē
eius ⁊ capilli erant candidi tanq̄
lana alba ⁊ tanq̄ nix · Et oculi eiꝰ
tanq̄ flamma ignis ⁊ pedes eius
ſimiles auricalco ſicut in camino
ardenti · Et vox illius tanq̄ vox
aquarum multarum ⁊ habebat
in dextera ſua ſtellas ſeptem ·

Et de ore eiꝰ gladius vtraqꝫ ꝑte
acutuſ exibat ⁊ faties eiꝰ ſicut ſol
lucet in virtute ſua. Et cū vidiſſez
eum cecidi ad pedes eius tāq̄ mor
tuus. Et poſuit dexterā ſuam ſuper
me dicens. Noli timere. Ego ſuz p̄
mus ⁊ nouiſſimus ⁊ viuus ⁊ fui
mortuꝰ ⁊ ecce ſū viuens in ſecula
ſeculoꝝ ⁊ habeo claues mortis ⁊
inferni. Scribo ergo que vidiſti ⁊
que ſūt ⁊ que oportet fieri poſt hec
Sacramentū ſeptē ſtellaꝝ quas
vidiſti in dextera mea ⁊ ſeptez cā
delabra aurea: ſeptē ſtelle angeli
ſunt ſeptē eccīaꝝ ⁊ candelabra ſe
ptē: ſeptez eccīe ſunt. Ca. ij.

ET angelo epheſi eccīe ſcribe
Hec dicit qui tenet ſeptem
ſtellas in dextera ſua q̄ ambulat
in medio ſeptez candelabroꝝ au
reoꝝ. Scio opera tua ⁊ laborez et
patientiā tuam ⁊ ꝙ non poteſ ſu
ſtinere malos. Et tēptaſti eos qui
ſe dicunt apoſtolos eē ⁊ non ſūt
⁊ īueniſti eoſ mendaces. Et patiē
tiaz habes ⁊ ſuſtinuiſti ꝓpt̄ nomē
meū ⁊ nō defeciſti. Sed habeo ad
uerſū te pauca ꝙ caritatē tuaz pri
maz reliquiſti. Memor eſto itaqꝫ
vnde excideris ⁊ age penitentiam
⁊ prima opa fac. Sin autē: venio ti
bi ⁊ mouebo candelabꝝ tuū de lo
co ſuo niſi penitentiā egeris. Sed
hoc habeſ. ꝙ odiſti facta nichola
itaꝝ que ⁊ ego odi. Qui habz au
rez audiat: quid ſpūs dicat eccle
ſijs. Vincenti dabo edere de ligno
vite qđ eſt in paradiſo dei mei Et
angelo ſmirne eccīe ſcribe Hec di
cit primꝰ et nouiſſimꝰ q̄ fuit mor
tuus ⁊ viuit. Scio tribulacōnem
tuā ⁊ paupertatē tuam. ſꝫ diues es
⁊ blaſphemaris ab hijſ qui ſe di
cunt iudeos eē ⁊ nō ſunt. ſꝫ ſūt ſy
nagoga ſathane. Nihil horum ti
meas que paſſurus es. Ecce miſſu
rus eſt dyabolus ex vobis in car
cerem ut temptemini ⁊ habebitiſ
tribulacōem diebus decem. Eſto
fidelis vſqꝫ ad mortez ⁊ dabo tibi
coronā vite. Qui habet aurem au
diat: q̄d ſpūs dicat eccleſijs. Qui
vicerit: nō ledetur a morte ſecūda
Et angelo ꝑgami eccīe ſcribe Hec
dicit qui habet rumpheaz vtraqꝫ
ꝑte acutā. Scio vbi habitas vbi
ſedes eſt ſathane ⁊ tenes nomen
meū ⁊ nō negaſti fidem meaz. Et ī
diebus illis antiphaſ teſtis meꝰ
fidel' q̄ occiſus eſt apud vos vbi
ſathanas habitat. Sꝫ habeo ad
uerſus te pauca. q̄a habes illic te
nenteſ doctrinā balaam qui doce
bat balac mittere ſcandalū corā
filijs iſrahel edere et fornicari: ita
habes ⁊ tu tenentes doctrinaz ni
cholaitaꝝ. Similit̄ penitentiā age
ſi quo minꝰ: veniaz tibi cito ⁊ pu
gnabo cū illis in gladio oris mei.
Qui habet aurē audiat: quid ſpi
ritus dicat eccleſijs. Vincenti da
bo manna abſconditū ⁊ dabo illi
calculū candidū et in calculo no
men nouū ſcriptuz qđ nemo ſcit
niſi qui accipit. Et angelo thiati
re eccleſie ſcribe. Hec dicit filiuſ di
qui habet oculos tanq̄ flāmam
ignis ⁊ pedes eius ſimiles aurical
co. Noui opa tua ⁊ fidē ⁊ caritatē
tuam ⁊ miniſteriū ⁊ patiētiaz tuā
⁊ opa tua nouiſſima plura priori
bus. Sꝫ habeo aduerſus te pau
ca. ꝙ ꝑmittis mulierez iheȝabel q̄
ſe dicit ꝓpheten docere ⁊ ſeducere

ſeruos meos fornicari ⁊ mandu
care de ydolotitis. Et dedi illi tpus
ut penitentiam ageret ⁊ nō vult
penitere a fornicacōe ſua. Ecce ego
mitto eam in lectum ⁊ qui mechā
tur cum ea in tribulacōne maxia
erunt. niſi penitentiaꝫ ab operibꝰ
ſuis egerint ⁊ filios eius interfici
am in mortē ⁊ ſcient omnes eccle
ſie quia ego ſum ſcrutans renes ⁊
corda et dabo vnicuiqꝫ veſtrū ſcḋm
opera veſtra. Vobis aūt dico et
ceteris qui thiatire eſtis. quicūqꝫ
non habent doctrinam hanc qui
nō cognouerunt altitudinem ſa
thane quemadmodū dicunt nō
mittam ſuper vos aliud pondus
tamē id qḋ habetis tenete donec
veniā. Et qui vicerit ⁊ cuſtodierit
vſqꝫ in finē opa mea: dabo illi po
teſtatē ſup gētes ⁊ reget eas ī vir
ga ferrea ⁊ tanq̄ vas figuli ꝯfrin
gēt̄ ſicut et ego accepi a pr̄e meo
⁊ dabo illi ſtellā matutinam. Qui
habet aurem audiat: quid ſpiri
tus dicat eccleſijs. Ca. iij.

ET angelo ecclie ſardis ſcribe
Hec dicit qui habet ſepteꝫ
ſpūs dei ⁊ ſeptē ſtellas. Scio opa
tua: qꝛ nomē hēs ꝙ viuas et mor
tuꝰ es. Eſto vigilans ⁊ ꝯfirma cete
ra q̄ moritura erāt. Nō enī inuenio
opa tua plena coraꝫ deo meo. In
mente ḡ habe qualit̄ acceperis ⁊
audieris ⁊ ſerua ⁊ penitentiā age
Si ergo nō vigilaueris veniā ad
te tanq̄ fur ⁊ neſcies qua hora ve
niaꝫ ad te. Sꝫ habes pauca noīa
in ſardis q̄ nō inquinauerunt veſti
menta ſua ⁊ ambulabūt mecum
in albis. qꝛ digni ſunt. Qui vicerit
ſic veſtietur veſtimentis albis et
nō delebo nomen eiꝰ de libro vite
⁊ ꝯfitebor nomen eiꝰ coraꝫ patre
meo ⁊ coram angelis eiꝰ. Qui ha
bet aureꝫ audiat: q̄d ſpūs dicat
eccleſijs. Et angelo phila delphie
ecclie ſcribe. Hec dicit ſanctus ⁊ ve
rus qui habet clauem dauid qui
aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊
nemo aperit. Scio opa tua. Ecce
dedi coraꝫ te oſtiū aptū qḋ nemo
poteſt claudere. qꝛ modicā habes
virtutē ⁊ ſeruaſti verbū meum ⁊
non negaſti nomen meū. Ecce da
bo de ſynagoga ſathane q̄ dicūt
ſe iudeos eē ⁊ nō ſūt. ſꝫ mentiunt̄
Ecce faciā illos ut veniant et ado
rent ante pedes tuos et ſcient q̄a
ego dilexi te. Qm̄ ſeruaſti verbuꝫ
patiētie mee et ego ſeruabo te ab
hora tēptacōnis que ventura eſt
in orbeꝫ vniuerſū temptare habi
tantes ī terra. Ecce venio cito. Te
ne qḋ hēs: ut nemo accipiat coro
nam tuā. Qui vicerit faciaꝫ illū co
lūnam in templo dei mei ⁊ foras
nō egrediet̄ amplius. Et ſcribam
ſup eū nomen dei mei ⁊ nomen ci
uitatis dī mei noue iheruſalē que
deſcēdit de celo a deo meo ⁊ nomē
meū nouū. Qui habet aureꝫ audi
at: q̄d ſpūs dicat eccl̄ijs. Et ange
lo laodicie ecclie ſcribe. Hec dicit
amen teſtis fidel' ⁊ verus qui eſt
pn̄cipiū creature dei. Scio opa tua
qꝛ neqꝫ frigidus es neqꝫ calidus.
Vtinā frigidus eēs aut calidus.
Sed qꝛ tepidus es et nec frigidꝰ
nec calidus: incipiaꝫ te euomere
ex ore meo. qꝛ dicis ꝙ diues ſū et
locupletatus ⁊ nullius egeo ⁊ ne
ſcis quia tu es miſer et miſerabi
lis ⁊ pauper et ⁊ cecus ⁊ nudus.

Suadeo tibi emere a me auꝝ igni
tū ꝓbatū ut locuples fias ⁊ veſti
mentis albis induaris ut nō ap
pareat ꝯfuſio nuditatis tue ⁊ col
lirio inunge oculos tuos ut vide
as. Ego quos amo arguo ⁊ caſti
go. Emulare ergo et penitentiam
age. Ecce ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. Si
quis audierit voceꝫ meam ⁊ ape
ruerit mihi ianuā intrabo ad illū
⁊ cenabo cū illo ⁊ ipſe mecū. Qui vi
cerit dabo ei ſedere mecum in thro
no meo. ſicͭ et ego vici ⁊ ſedi cum
patre meo ī throno eius. Qui ha
bet aurem audiat: quid ſpiritus
dicat eccleſijs. Ca. iiij.

POſt hec vidi ⁊ ecce oſtiū ap
tum ī celo ⁊ vox prima quā
audiui tanꝙ tube loquētis mecū
dicens. Aſcende huc ⁊ oſtendam
tibi q̄ oportet fieri cito. Poſt hec
ſtatim fui in ſpū. Et ecce ſedes poſi
ta erat in celo ⁊ ſupra ſedem ſedēs
Et qui ſedebat ſimilis eāt aſpectu
lapidis iaſpidis ⁊ ſardis ⁊ yris
erat ī circuitu ſedis ſimilis viſioni
ſmaragdie ⁊ ī circuitu ſedis ſedilia
vigītiq̄tuor ⁊ ſup̄ thronos viginti
q̄tuor ſeiores ſedētes circūamicti ve
ſtimētis alb̄ ⁊ ī capitibꝫ eoꝝ coro
ne auree et de throno ꝓcedūt ful
gura ⁊ voces ⁊ tonitrua ⁊ ſeptē lā
pades ardētes anͣ thronū qui ſūt
ſeptem ſpiritus dei. Et in cōſpectu
ſedis tanꝙ mare vitreū ſimile cri
ſtallo ⁊ in medio ſedis ⁊ in circui
tu ſedis quatuor animalia plena
oculis ante ⁊ retro. Et animal pri
mū ſimile leoni ⁊ ſecunduꝫ ſimile
vitulo ⁊ tertiū animal habens fa
ciem quaſi hominis ⁊ quartū ani
mal ſimile aquile volanti. Et qua
tuor aīalia ſingula eorū habebāt
alas ſenas et in circuitu et intus
plena ſūt oculis. Et requieꝫ nō ha
bebant die ac nocte dicētia ſāctꝰ
ſanctus ſāctus dominꝰ deus om
nipotens qui erat ⁊ qui eſt ⁊ qui
venturus ē. Et cuꝫ darent illa ani
malia gloriā ⁊ honorem ⁊ benedi
ctioneꝫ ſedenti ſuper thronū viuē
ti in ſecula ſeculoꝝ: ꝓcidebant vi
gintiquatuor ſeniores ante ſeden
tem in throno ⁊ adorabant viuē
tem in ſecula ſeculoꝝ ⁊ mittebāt
coronas ſuas ante thronū dicen
tes. Dignꝰ es domine deus noſter
accipere gloriā ⁊ honoreꝫ et virtu
tem. q̄a tu creaſti omnia ⁊ ꝓpt̄ vo
luntatē tuam erant ⁊ creata ſunt.

ET vidi in dextera Ca. v.
ſedentis ſupra thronū librū
ſcriptū intus ⁊ foris ſignatū ſigil
lis ſeptē. Et vidi angelū forteꝫ et
predicantē voce magna Quis eſt
dignus aperire libꝝ ⁊ ſoluere ſig
nacula eius. Et nemo poterat neq̄ i
celo neq̄ in terra neq̄ ſb̄tus teraꝫ
aꝑire libꝝ neq̄ reſpicere illum. Et
ego flebaꝫ multū. quoniaꝫ nemo
dignus inuentus eſt aꝑire librū
nec videre eū. Et vnus de ſenioribꝫ
dixit m̄. Ne fleueris. Ecce vicit leo
de tribu iuda radix dauid aꝑire
librū ⁊ ſoluere ſeptem ſignacula
eiꝰ. Et vidi ⁊ ecce ī medio throni
⁊ quatuor animaliū ⁊ ī medio ſe
niorū agnū ſtantē tanꝙ occiſum
habētem cornua ſepteꝫ ⁊ oculos
ſeptē qui ſunt ſepteꝫ ſpūs dei miſ
ſi in oēm terrā. Et venit ⁊ accepit
de dextera ſedentis in throno libꝝ
Et cū aꝑuiſſꝫ libꝝ q̄tuor animalia
et vigītiquatuor ſeniores ceciderūt

coraꝫ agno habentes ſinguli cy
tharas et fialas aureas plenas
odoramentoꝝ que ſūt oracōes ſā
ctoꝝ ⁊ cantabāt canticū nouū di
centes. Dignꝰ es dn̄e accipe libꝝ
⁊ apire ſignacula eiꝰ. qm̄ occiſus
es ⁊ redemiſti nos deo in ſanguīe
tuo ex omni tribu ⁊ lingua ⁊ po
pulo ⁊ nacōe ⁊ feciſti nos deo no
ſtro regnū ⁊ ſacerdotes. Et regna
bunt ſup terrā. Et vidi ⁊ audiui
vocē angeloꝝ multoꝝ in circuitu
throni ⁊ animaliū ⁊ ſenioꝝ ⁊ erat
numerus eoꝝ miliamiliū dicētiū
voce magna Dignꝰ eſt agnꝰ qui
occiſus ē accipe virtutē et diui
tatē ⁊ ſapientiā ⁊ fortitudinē ⁊ ho
norē ⁊ gloriā ⁊ bn̄dictionē. Et om
nē creaturaꝫ que in celo eſt ⁊ ſup
terrā ⁊ ſub terra et que ſūt in ma
ri ⁊ que in eo: oēs audiui dicētes
ſedenti in throno ⁊ agno Benedi
ctio ⁊ honor ⁊ gloria et ptās in ſe
cula ſeculoꝝ. Et quatuor aīalia
dicebant amē. Et vigintiquatuor
ſeniores ceciderūt in facies ſuas et
adorauerunt viuentem in ſecula
ſeculoꝝ.

Capitulū. vi.

ET vidi ꝙ aperuiſſet agnus
vnū de ſepteꝫ ſigillis ⁊ audi
ui vnū de quatuor aīalibꝰ dicens
tanꝗ̄ vocē tonitrui. Veni ⁊ vide.
Et vidi ⁊ ecce equus albus ⁊ q̇ ſe
debat ſup illū habebat arcū ⁊ da
ta eſt ei corona et exiuit vincens
ut vinceret. Et cū apuiſſꝫ ſigillū ſe
cundū: audiui ſecūdū aīal dicēs
Veni ⁊ vide. Et exiuit aliꝰ equus
rufus ⁊ qui ſedebat ſup illū datū
ē ei ut ſumeret paceꝫ de terra ⁊ ut
inuicem ſe interficiāt ⁊ datus ē ei
gladius magnꝰ. Et cū aperuiſſet
ſigillū tertiū: audiui tertiū aīal
dicens. Veni ⁊ vide. Et ecce equꝰ
niger ⁊ qui ſedebat ſup illū habe
bat ſtaterā in manu ſua. Et audi
ui tanꝗ̄ vocem in medio quatuor
aīaliū dicentiuꝫ. Bilibris tritici de
nario vno ⁊ tres bilibres ordei de
nario vno ⁊ vinū ⁊ oleū ne leſeris
Et cum apuiſſet ſigillū quartum
audiui vocē quarti aīal̄ dicētis.
Veni ⁊ vide. Et ecce equꝰ pallidꝰ
⁊ q̇ ſedebat ſup eū nomē illi mors
et infernꝰ ſequebať eū. Et data ē
illi poteſtas ſup q̄tuor ptes terre i
terficere gladio fame et morte et
beſtijs terre. Et cū apuiſſet ſigillū
q̇ntū: vidi ſubtus altare aīas in
terfectoꝝ ꝓpť verbū dei ⁊ ꝓpť teſti
moniū qḋ habebāt. Et clamabāt
voce mag̃ dicētes Vſqꝫ q̇ dn̄e ſan
ctꝰ ⁊ verꝰ nō iudicas ⁊ nō vindi
cas ſāguineꝫ noſtꝝ de hijs q̇ ha
bitāt i terra. Et date ſūt ill̄ ſingu
le ſtole albe ⁊ dictū ē ill̄ ut req̇eſce
rēt adhuc tps modicū: donec cō
pleanť cōſerui eoꝝ ⁊ frēs eoꝝ q̇ in
terficiēdi ſūt ſicͣ ⁊ illi. Et vidi cum
apuiſſꝫ ſigillū ſextū ⁊ ecce trre mo
tus magnꝰ factꝰ ē. Et ſol factus ē
niger tāꝗ̄ ſaccꝰ ciliciꝰ ⁊ luna tō
facta ē ſicͣ ſāguis ⁊ ſtelle de celo ce
ciderūt ſup trā ſicͣ ficꝰ emittit groſ
ſos ſuos cū a vēto magno mouetͬ
Et celū receſſit ſicut liber inuolutꝰ
⁊ oīs mons et inſule de locis ſuis
mote ſūt. Et reges terre ⁊ pn̄cipes
⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes ⁊ oīs
ſeruus ⁊ liber abſconderunt ſe in
ſpeluncis ⁊ in petris montiū ⁊ di
cūt montibꝰ et petris cadite ſup
nos et abſcondite nos a facie ſe
dentis ſup throñuꝫ ⁊ ab ira agni

qm̄ venit dies magnus ire ipſoꝝ
Et quis poterit ſtare. ¶ Ca. vij.

Poſt hec vidi quatuoꝛ ange
los ſtantes ſup quatuoꝛ an
gulos terre: tenentes quatuoꝛ vē
tos terre ne flarent ſup terrā. neq̄
ſup mare neq̄ in vllam arboꝛē. Et
vidi alteꝝ angelū aſcendentē ab
oꝛtu ſolis habentē ſignū dei viui
⁊ clamauit voce magna: quatuoꝛ
angel' quib9 datū eſt nocere ter
re ⁊ mari dicēs. Nolite nocere ter
re ⁊ mari neq̄ arboꝛibus: quoad
uſq̄ ſignemus ſuos dei noſtri in
frontib9 eoꝝ. Et audiui numeꝝ
ſignatoꝝ: centūquadragītaqua
tuoꝛmilia ſignati ex oī tribu filio
rū iſrahel. Ex tribu iuda: duodecī
milia ſignati. Ex tribu ruben: duo
decimmilia ſignati. Ex tribu gad
duodecīmilia ſignati. Ex tribu aſ
ſer: duodecimmilia ſignati. Ex tri
bu neptalim: duodecīmilia ſigna
ti. Ex tribu manaſſe: duodecimmi
lia ſignati. Ex tribu ſymeon: duo
decimmilia ſignati. Ex tribu leui:
duodecimmilia ſignati. Ex tribu
yſachar: duodecimmilia ſignati.
Ex tribu zabulon: duodecimmilia
ſignati. Ex tribu ioſeph: duodecī
milia ſigt̄i. Ex tribu beniamin: duo
decimmilia ſigt̄i. Poſt hec vidi tur
bam magnā quā dinumerare ne
mo poterat: ex omnib9 gentibus
⁊ tribubus ⁊ popul' ⁊ linguis: ſtā
tes ante thronū ⁊ in ɔſpectu agni
amicti ſtolis albis et palme ī ma
nibus eoꝛum. Et clamabant voce
magna dicētes Salus deo noſtro
qui ſedet ſup thronū ⁊ agno. Et
oēs angeli ſtabāt ī circuitu thro
ni ⁊ ſenioꝛū ⁊ quatuoꝛ animaliū

et ceciderunt in cōſpectu throni in
facies ſuas ⁊ adorauerūt deum di
centes amē. Benedictio ⁊ claritas
⁊ ſapiētia ⁊ gratiarū actio: honoꝛ
⁊ virtus ⁊ foꝛtitudo deo noſtro in
ſecula ſeculoꝝ amen. Et reſpōdit
vnus de ſenioꝛibus ⁊ dixit mihi.
Hij qui amicti ſunt ſtolis albis q̄
ſunt ⁊ vnde venerunt. Et dixi illi
domine mi tu ſcis. Et dixit m̄. Hij
ſunt qui venerunt de tribulacōne
magna ⁊ lauerūt ſtolas ſuas et
dealbauerūt eas in ſāguine agni
Ideo ſunt ante thronū dei ⁊ ſerui
ent ei die ac nocte in templo eius
et qui ſedet in throno habitabit
ſuper illos. Nō eſurient neq̄ ſitiēt
amplius neq̄ cadet ſup illos ſol
neq̄ vllus eſtus. qm̄ agnus qui
in medio throni eſt reget illos ⁊
deducet illos ad vite fontes aq̄ꝝ
⁊ abſterget deus omnē lacrimā
ab oculis eoꝝ. ¶ Capitulū. viij.

Et cū aperuiſſet ſigillū ſepti
mū: factū eſt ſilentiū in celo
quaſi media hora. Et vidi ſeptem
angelos ſtantes in cōſpectu dei et
date ſūt illis ſeptem tube. Et ali9
angelus venit ⁊ ſtetit ante altare
habens thuribulū aureū et data
ſunt illi incenſa multa ut daret de
oracōnibus ſanctoꝝ omniū ſup
altare aureū q8 eſt ante thronū
dei. Et aſcendit fumus incenſoꝝ
de oracōnibus ſanctoꝝ de manu
angeli coram deo. Et accepit āge
lus thuribulū aureū ⁊ impleuit
illud de igne altaris ⁊ miſit in ter
ra ⁊ facta ſunt tonitrua ⁊ voces ⁊
fulgura ⁊ terremotus magnus ⁊
ſeptē angeli qui habebant ſeptē
tubas preparauerunt ſe ut tuba

canerēt. Et primꝰ angelus tuba
cecinit. Et facta eſt grādo ⁊ ignis
mixta in ſanguine ⁊ miſſum eſt ī
terraꝫ. Et tertia ps terre ꝯbuſta ē
⁊ tertia ps arboꝝ ꝯcremata eſt ⁊
oē fenū viride ꝯbuſtū eſt. Et ſecū
dus angelus tuba cecinit et tāq̄
mons magnꝰ igne ardēs miſſus
ē in mare. Et facta eſt tertia pars
maris ſanguis ⁊ mortua ē tertia
ps creature eoꝝ q̄ habebāt aīas
in mari ⁊ tertia ps nauiū interijt
Et tertiꝰ angelꝰ tuba cecinit et ce
cidit de celo ſtella magna ardens
tanq̄ facula. Et cecidit in tertiam
ptē fluminū ⁊ in fontes aquaꝝ ⁊
nomen ſtelle dicit̄ abſinthiū. Et
facta ē tertia ps aquaꝝ in abſin
thiū ⁊ multi hoīm mortui ſunt de
aquis. q2 amare facte ſūt. Et quar
tus āgelꝰ cecinit ⁊ pcuſſa ē tertia
ps ſolis ⁊ tertia ps lune ⁊ tertia
ps ſtellaꝝ. ita ut obſcuraret̄ tertia
ps eoꝝ ⁊ diei nō luceret ps tertia
et nocti ſimilit̄. Et vidi et audiui
vocē vnius aquile volantis p me
diū celi: dicētis voce magna. Ve
ve ve habitantibꝰ in terra de cete
ris vocibꝰ triū angeloꝝ qui erāt
tuba canituri.

Capitulū. ix.

Et qntus angelus tuba ceci
nit ⁊ vidi ſtellaꝫ de celo ceci
diſſe in terrā et data eſt ei clauis
putei abiſſi. Et aperuit puteū abiſ
ſi et aſcendit fumꝰ putei ſic̄ fumꝰ
fornacis magne ⁊ obſcuratus ē
ſol et aer de fumo putei. Et de fu
mo putei exierūt locuſte in terrā
⁊ data ē illis poteſtas ſicut habēt
ptātē ſcorpiones terre. Et p̄ceptū
ē illis ne lederēt fenū terre neq3 oē
viride neq3 oēm arborē. niſi tm̄ ho
mines q̄ nō hn̄t ſignū dei in fron
tibus ſuis. Et dictū eſt eis ne occi
derent eos. ſ3 ut cruciarent̄ menſi
bꝰ qnq3. Et cruciatus eoꝝ ut cru
ciatus ſcorpij: cū pcutit hominē.
Et in diebꝰ illis querēt hoīes mor
tē ⁊ nō inuenient eā ⁊ deſiderabūt
mori ⁊ fugiet mors ab eis. Et ſimi
litudines locuſtaꝝ ſil̄es equis pa
ratis ad p̄liū ⁊ ſup capita eaꝝ tā
q̄ corone ſimiles auro ⁊ faties ea
rū tanq̄ faties hoīm. Et habebāt
capillos ſicut capillos mulieꝝ ⁊
dentes eaꝝ ſicut dētes leonū erāt
Et habebant loricas ſicut loricas
ferreas ⁊ vox alaꝝ illaꝝ ſicut vox
curruū equoꝝ multoꝝ currentiū
in bellū. Et habebāt caudas ſimi
les ſcorpionū ⁊ aculei erāt in cau
dis eaꝝ ⁊ ptās eaꝝ nocere hoībꝰ
mēſibꝰ qnq3. Et habebāt ſup ſe re
gē angelū abiſſi cui nomē hebra
ice abaddon. grece aūt appollion
⁊ latiē hn̄s nomē extminās. Ve
vnum abijt ⁊ ecce veniūt adhuc
duo ve poſt hec. Et ſextꝰ āgelus
tuba cecinit ⁊ audiui vocē vnam
ex quatuor cornibus altaris au
rei quod eſt ante oculos dei: dicē
tem ſexto angelo qui habebat tu
bam. Solue quatuor āgelos qui
alligati ſūt in flumine magno eu
fraten. Et ſoluti ſunt quatuor an
geli qui parati erant in horam et
diem ⁊ menſem ⁊ annum ut occi
derent tertiam partem hominum
Et numerus equeſtris exercitus
vicies milies dena milia et audi
ui numerum eorum et ita vidi
equos in viſione. Et qui ſedebāt
ſuper eos habebant loricas ig
neas ⁊ iacinctinas ⁊ ſulphureas

⁊ capita equoꝝ erāt tāq̄ capita
leonū ⁊ de ore eorum ꝓcedit ignis
⁊ fumꝰ ⁊ ſulphur. Et ab hiis tri
bus plagis occiſa ē tertia ps ho
minū de igne ⁊ de fumo ⁊ ſulphu
re que ꝓcedebant ex ore ipſorum
Poteſtas enim equoꝝ in ore eoꝝ
eſt ⁊ in caudis eorum. Naꝫ caude
eorum ſimiles ſerpentibus haben
tes capita ⁊ in hiis nocēt. Et ceteri
homines qui nō ſūt occiſi in hiis
plagis neqꝫ penitentiaꝫ egerunt
de operibus manuū ſuaruꝫ ut nō
adorarent demonia et ſimulacra
aurea ⁊ ārgentea ⁊ erea ⁊ lapidea
⁊ lignea que neqꝫ videre poſſunt
neqꝫ audire neqꝫ ambulare ⁊ nō
egerūt penitentiā ab homicidiis
ſuis neqꝫ a veneficiis ſuis neqꝫ a
fornicacōe ſua neqꝫ a furtis ſuis.

Ca. x.

ET vidi aliū ange
lum fortem deſcendentē de ce
lo amictum nube ⁊ yris in capite
eius. Et facies eius erat ut ſol ⁊ pe
des eiꝰ tanq̄ columna ignis. Et ha
bebat in manu ſua libellū apertū
⁊ poſuit pedem ſuuꝫ dexterū ſupra
mare: ſiniſtꝝ autem ſuper terrā ⁊
clamauit voce magna quēadmo
dum cuꝫ leo rugit. Et cū clamaſſꝫ
locuta ſūt ſeptē tonitrua voces ſuas
et cū locuta fuiſſent ſeptē tonitrua
voces ſuas ⁊ ego ſcripturꝰ erā. Et
audiui voceꝫ de celo dicentē mihi
Signa que locuta ſunt ſeptē toni
trua et noli ea ſcribere Et angelꝰ
quem vidi ſtantem ſupra mare ⁊
ſupra terrā leuauit manuꝫ ſuam
ad celū ⁊ iurauit ꝑ viuenteꝫ in
ſecula ſeculoꝝ qui creauit celuꝫ et
ea que in eo ſunt ⁊ terrā ⁊ ea q̄ in
ea ſunt ⁊ mare ⁊ ea que in eo ſūt.
quia tempus nō erit amplius. ſꝫ
in diebꝰ vocis ſeptimi angeli cuꝫ
ceperit tuba canere: cōſūmabitur
miſteriū dei ſicut euangeliſauit ꝑ
ſuos ſuos ꝓphetas. Et audiui vo
cem de celo iteꝝ loquentē mecum
⁊ dicētem. Vade ⁊ accipe libꝝ ap
tum de manu angeli ſtantis ſupē
mare ⁊ ſuper terrā. Et abii ad an
gelum dicens ei ut daret mihi li
brū ⁊ dixit mihi. Accipe librum ⁊
deuora illum ⁊ faciet amaricari vē
trem tuū. ſed in ore tuo erit dulce
tanq̄ mel. Et accepi librum de ma
nu angeli ⁊ deuoraui illū ⁊ erat ī
ore meo tanq̄ mel dulce. Et cuꝫ de
uoraſſem eū: amaricatus eſt ven
ter meus. Et dixit mihi. Oportet te
iteꝝ ꝓphetare gentibꝰ ⁊ populꝭ ⁊
linguis ⁊ regibꝫ multis.

Ca. xi.

ET datus eſt mihi calamus
ſimilis virge ⁊ dictum eſt m̄
Surge ⁊ metire templū dei et alta
re ⁊ adorantes in eo. Atrium vero
qđ eſt foris templū eice foras ⁊ ne
metiaris illud. quoniā datuꝫ eſt
gentibus. Et ciuitatem ſanctā cal
cabunt menſibus quadraginta
duobꝫ. Et dabo duobus teſtibus
meis et ꝓphetabunt diebꝰ mille
ducentiſſexaginta amicti ſaccis.
Hii ſunt due oliue ⁊ duo cādela
bra in cōſpectu domini terre ſtan
tes. Et ſi quis voluerit eos nocere
ignis exiet de ore eoꝝ ⁊ deuorābit
inimicos eoruꝫ et ſi quis voluerit
eos ledere ſic oportet eum occidi.
Hii habent poteſtateꝫ claudendi
celum ne pluat diebus ꝓphetie il
loꝝ ⁊ poteſtatē habent ſuper aq̄s
conuertendi eas in ſanguineꝫ et
ꝑcutere terram omni plaga quo

tienſcūq; voluerint. Et cū finierint
teſtimoniū ſuū; beſtia que aſcen
dit de abiſſo faciet aduerſus eos
bellū ⁊ vincet illos ⁊ occidet eos.
Et corpa eoꝝ iacebunt in plateis
ciuitatis magne que vocatur ſpi
ritualiter ſodoma ⁊ egiptus vbi
⁊ dñs eorū crucifixꝰ ē. Et videbūt
de tribubus ⁊ de populis ⁊ liguis
et gentibꝰ corpa eoꝝ p tres dies
⁊ dimidiū ⁊ corpa eoꝝ nō ſinent
poni in monumentis. Et inhabi
tantes terrā gaudebūt ſup illos
⁊ iocundabunt̄ ⁊ munerā mittēt
inuicē;. qm̄ hij duo ꝓphete cruciа
uerūt eos qui inhabitabant ſup
terrā. Et poſt dies tres ⁊ dimidiū
ſpūs vite a deo intrabit in eos.
Et ſteterūt ſup pedes ſuos ⁊ timor
magnꝰ cecidit ſup eos qui vide
rūt eos. Et audierūt vocē magnā
de celo dicentē eis. Aſcendite huc.
Et aſcenderūt in celū in nube ⁊ vi
derunt illos inimici eoꝝ. Et in illa
hora factus ē terremotus magnꝰ
et decīa ps ciuitatis cecidit. Et oc
ciſi ſunt in terremotu nomina ho
minū ſeptēmilia ⁊ reliqui in timo
rē; ſunt miſſi ⁊ dederūt gloriā; deo
celi. Ve ſecūdū abijt ⁊ ecce ve ter
tiū veniet cito. Et ſeptimꝰ angelꝰ
tuba cecinit ⁊ facte ſunt voces ma
gne in celo dicentes. Factū eſt re
gnū huius mūdi dñi noſtri ⁊ cri
ſti eiꝰ ⁊ regnabūt in ſecula ſeculo
rū amen. Et viginti quatuor ſeni
ores q̄ in ꝯſpectu dei ſedent in ſedi
bus ſuis ceciderūt in facies ſuas ⁊
adorauerūt deū dicētes Grās agi
mꝰ tibi dñe deꝰ nr̄ oīpotens q̄ es
⁊ qui eras ⁊ q̄ venturꝰ es. qr acce
piſti virtutē tuā magnā ⁊ regna
ſti. Et irate ſūt gētes ⁊ aduenit
ira tua ⁊ tempꝰ mortuoꝝ iudica
ri ⁊ reddere mercedē ſeruis tuis ꝓ
phetis ⁊ ſanctis ⁊ timētibꝰ nomē
tuū puſillis ⁊ magnis ⁊ extermi
nandi eos q̄ corruperunt terrā;.

Et apertū eſt tēplū (Ca. xij.
dei i celo ⁊ viſa eſt archa te
ſtamenti eius in templo eiꝰ. Et fa
cta ſūt fulgura ⁊ voces ⁊ terremo
tꝰ ⁊ grādo mag̃. Et ſignū magnū
apparuit i celo. Mulier amicta ſo
le ⁊ luna ſub pedibꝰ eiꝰ ⁊ in capi
te eius corona ſtellaꝝ duodecim
Et in vtero hn̄s ⁊ clamabat ptu
riens ⁊ cruciat̄ ut pariat. Et viſū
eſt aliud ſignū in celo. Et ecce dra
co magnus rufus hn̄s capita ſe
ptē ⁊ cornua decē; ⁊ in capitibus
eius ſeptē; dyademata et cauda
eiꝰ trahebat tertiā ptem ſtellarū
celi ⁊ miſit eas in terrā;. Et draco
ſtetit ante mulierē que erat pari
tura: ut cū peperiſſet filiū eiꝰ deuo
raret. Et pepit filium maſculū qui
recturus erat oēs gētes in virga
ferrea. Et raptus eſt filius eiꝰ ad
deū ⁊ ad thronū; eiꝰ et mulier fu
git i ſolitudinē vbi habebat locū pa
ratū; a deo ut ibi paſcat eā diebꝰ
milleducētiſſexagita. Et factū ē p̄
liū magnū in celo. Michahel ⁊ ā
geli eiꝰ p̄liabāt cū dracone ⁊ dra
co pugnabat ⁊ angeli eiꝰ ⁊ n̄ va
luerūt neq; locus iuētus eſt eorū
ampliꝰ in celo. Et ꝓiectus ē draco
ille magnꝰ ſerpens antiquꝰ qui
vocat̄ dyabolus ⁊ ſathanas qui
ſeducit vniuerſum orbem ⁊ proie
ctus eſt in terram et angeli eius
cum illo miſſi ſunt. Et audiui vo
cem magnam in celo dicentem.

Nunc facta eſt ſalus ⁊ virtus ⁊ re
gnū dei noſtri ⁊ poteſtas xpi ei⁹.
qꝛ ꝓiectus eſt accuſator fratrum
noſtroꝝ qui accuſabat illos ante
conſpectū dei noſtri die ac nocte.
Et ipſi vicerunt eum ꝓpter ſangui
nem agni ⁊ ꝓpter verbū teſtimo
nij ſui ⁊ nō dilexerunt animas ſu
as vſqꝫ ad mortē. Propterea leta
mini celi ⁊ qui habitatis ī eis. Ve
terre et mari. quia deſcendit dya
bolus ad vos habens irā magnā
ſciens qꝛ modicū tempus habet
Et poſtqꝫ vidit draco qꝛ ꝓiectus
eēt in terraꝫ: perſecutus eſt mulie
rem que peperit maſculum. Et date
ſunt mulieri ale due aqͥle magne
ut volaret in deſertū in locum ſuū
vbi alitur per tempus ⁊ tempora
⁊ dimidiū temporis a fatie ſerpē
tis. Et miſit ſerpēs ex ore ſuo poſt
mulierem aquaꝫ tanqꝫ flumē: ut
eam faceret trahi a flumine. Et ad
iuuit terra mulierēꝫ ⁊ aperuit ter
ra os ſuuꝫ ⁊ obſorbuit flumē qđ
miſit draco de ore ſuo. Et iratus ē
draco in mulierēꝫ ⁊ abijt facere ꝓ
lium cū reliquis de ſemine eius q̄
cuſtodiunt mandata dei ⁊ habēt
teſtimoniū iheſu xpi. Et ſtetit ſup
arenam maris. Ca. xiij.

ET vidi de mari beſtiam aſcē
dentem habentem capita ſe
ptēꝫ ⁊ cornua decē ⁊ ſuper cornua
eius decem dyademata ⁊ ſuper ca
pita eius nomina blaſphemie. Et
beſtia quam vidi ſimilis erat par
do ⁊ pedes ei⁹ ſicut pedes vrſi ⁊ os
ei⁹ ſicut os leonis. Et dedit illi drā
co virtutem ſuam ⁊ poteſtatē ma
gnaꝫ. Et vidi vnum de capitibus
ſuis quaſi occiſū in mortem ⁊ pla
ga mortis ei⁹ curāta eſt. Et ām̄ira
ta eſt vniuerſa terra poſt beſtiaꝫ Et
adorauerunt draconēꝫ qui dedit
poteſtatē beſtie ⁊ adorauerunt be
ſtiam dicētes. Quis ſimilis beſtie
⁊ quis poterit pugnarē cum illa.
Et datum eſt ei os loquens mag̃
⁊ blaſphemiaꝫ ⁊ data eſt ei ptās
facere menſes quadraginta duos
Et aperuit os ſuū ī blaſphemias
ad deum blaſphemarē nomen ei⁹
⁊ tabernaculū ei⁹ et eos qui in ce
